
FRIESIA . Bind IX . Hefte 1-2 . 1969

BUCHWALDOBOLETUS GENUS NOVUM BOLETACEARUM

Auctor ALBERT PILÁT

Auctor genus novum *Buchwaldoboletus* describit et duas species europaeas lignobioticas sectionis *Sulphurei* (SING.) SING. 1961 generis *Pulveroboletus* MURRILL illuc inserit.

Buchwaldoboletus g. n.

Synonymia: *Phlebopus* (HEIM) SINGER sectio *Sulphurei* SINGER,
Am. Midl. Nat. 37:2, 1947.

Pulveroboletus MURRILL sectio *Sulphurei* (SING.)
SINGER, Sydowia 15:82, 1961.

Mycelium in lignis emortuis coniferarum vel in deiectis huius ligni accumulatis vivit. Velum deest. Hymenophor in speciminiibus iuvenilibus arcuato-fornicatum est, ut in genere *Gyrodon* OPAT. Stipes absque retina cum mycelio basali luteo. Caro lutea, minime caerulescens. Hyphae absque nodis. Tubulotrama cum mediostrato lato et stratis lateralibus parvis, parum conspectis et non modo typico boletoidae. Genus in honorem annorum septuaginta cel. professoris N. FABRITII BUCHWALDII dedicatum.

Typus generis: *Boletus lignicola* KALLENB.

Species: *Buchwaldoboletus lignicola* (KALLENB.) PILÁT comb. nov.; basionym: *Boletus lignicola* KALLENBACH, Pilze Mitteleuropas 1:57, 1929. — *Buchwaldoboletus hemichrysus* (BERK. et CURT.) PILÁT comb. nov.; basionym: *Boletus hemichrysus* BERKELEY et CURTIS, Ann. Mag. nat. Hist. Zool. Bot. Geol., ser. 2, 12:429, 1853.

Genus *Pulveroboletus* MURRILL, ut id R. SINGER emendat, vix naturale est. Qua de causa Z. POUZAR (1957) *Pulveroboletum gentilem* (QUÉL.) SING. in genus novum *Aureoboletus* POUZAR transtulit. Duae species europaeae, quae restant, et quae R. SINGER (1961) in hoc genere enumerat [*Puveroboletus hemichrysus* (BERK. et CURT.) SING. et *P. lignicola* (KALLENB.) PILÁT] a specie typica huius generis, *Pulveroboletus ravenelii* (BERK. et CURT.) MURRILL valde discrepant. Qua de causa eas in genus novum *Buchwaldoboletus* transferimus.

SINGER iam prius *Boletum hemichrysum* BERK. et CURT. in genus *Phlebopus* (HEIM). SING. inseruit et MOSER speciem secundam, *Boletum lignicola* KALLENB. in hoc genere 1955 enumerat. Sed ambae species commemoratae in hoc genus neque pertinent, nam typus huius generis *Boletus (Phlebopus) colossus* HEIM (1936, p. 6) a speciebus generis *Buchwaldoboletus* valde differt. Ipse R. SINGER genus *Phlebopus* (HEIM) SING. (1962, p. 746) apud genera incertae sedis enumerat, nam haud exclusum sit *Boletum colossum* HEIM in genus *Phaeogyroporus* SINGER 1944 pertinere.

L I T T E R A E.

- Heim R. (1936): Observations sur la flore Mycologique malgache. — Rev. de Mycol. 1: 3-18.
- Pilát A. (1965): Hřib dřevožijný-Pulveroboletus lignicola (KALLENB.) na Šumavě. — Čes. Mykol. 19: 180-181.
- Pouzar Z. (1957): Nova genera macromycetum I. — Čes. Mykol. 11: 48-50.
- Singer R. (1936): Das System der Agaricales. — Ann. mycol. 34: 286-378.
- (1944): New genera of fungi. — Mycologia 36: 358-368.
- (1961): Diagnoses fungorum novorum Agaricalium II. — Sydowia 15: 45-83.
- (1962): The Agaricaceae in modern taxonomy. 2. ed. J. CRAMMER, Weinheim, pp. 1-915, tab. 1-73.
- (1967): Die Röhrlinge, Teil II. Die Pilze Mitteleuropas Bd. VI, pp. 1-151.

Praha, April 1968.